



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Leben vnd Wandel Der Ehrwürdigen Dienerin Gottes
Johanna Maria Bonhomin von Vicentz gebürtig/
Closter-Frawen deß H. Benedictiner-Ordens/ bey St.
Hieronymo zu Bassan**

Garzadoro, Alberto

Saltzburg, 1679

Protestatio Authoris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37341

Protestatio Authoris.

IN vita, huius servæ Dei, à me descripta, multa exposui, quæ cum vires humanas superent, miracula videri possunt, presagia nempe futurorû arcanorû, manifestationes, revelationes, illustrationes, beneficia in miseros mortales, eius intercessione divinitus collata, aliâque similia. Demum sanctimonie titulos aliquando ei obiter adscripsi. Hæc tamen accipe prudens Lector, ut non tanquam ab Apostolicâ Sede examinata, atque approbata, sed tanquam, quæ a suorum Auctorum fide, pondus obtineant, atque adeò non aliter, quam humanam Historiam. Quapropter Apostolicum S. Congregationis S. R. & universalis Inquisitionis Decretum, Anno 1625. editum, & Anno 1634. confirmatum, juxta declarationem eiusdem Decreti à Sanctissimo D. N. D. Urbano Papa VIII. Anno 1631. factam, à me scias inviolatè & integerrimè observari, nec me velle cultum aut venerationem aliquam, per hæc meas narrationes illi arrogare, vel famam & opinionem sanctitatis inducere, seu augere, nec quicquam eius existimationi adjungere, nullumque gradum facere, ad futuram aliquando illius Beatificationem, vel Canonizationem, aut miraculi comprobationem, sed omnia in eo statu à me relinquo, in quo essent seclusâ hæc meâ lucubratione, non obstante quocunque temporis cursu. Hoc profiteor, sicut filium decet sanctæ Sedis Apostolicæ obedientissimum, qui in omni sua scriptione & actione ab eâ dirigi cupit & emendari.

Bb 2 Inn.